UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnium hujus temporis Controversiarum tam inter Lutheranos, Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...

Raemond, Florimond de

Coloniae Agrippinae, 1655

In hoc Libro tamquam in tabula, novae à Calvino constitutae Synagogae forma depingitur: fundamenta doctrinae; institutio & officia ministrorum Superintendentium, Diaconorum, Consistoria, Conciones, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-10880

Visual Library

FLORIMVNDI RAEMVNDI
DE ORTV, PROGRESSV ET RVINA HÆRESEON SVPERIORIS SÆCVLI
HISTORIÆ
LIBER VIII.

ARGVMENTVM.

In hoc libro tamquam in tabula, novæ à Calvino conſtitutæ Synagogæ forma depingitur: fundamenta doctrinæ, inſtitutio & officia miniſtrorum, Superintendentium, Diaconorum, Conſiſtoria, Conciones, Baptiſmum & Cœnam adminiſtrandi ratio, Pſalmorum cantillatio, Sepulturæ ritus, aliaq; ad Calvinſticam religionem pertinentia explicantur: ſimul obiter controverſis aliquot articuli Fidei explicantur , ut hæreſeos error & impoſtura, Catholicæ vero Eccleſiæ veritas tanto facilius ab omnibus cognoſci queat.

SVMMARIA SINGVLORVM CApitum hujus Libri.

CAPUT I.

I. *INtentio & ſcopus Auctoris, & cur hic de controverſiis quibuſdam religionis additæ diſputationes.*

CAPUT II.

I. *OMnes hæretici inde ſe perdiderunt, quod S. Scripturam ad ſuum ſenſum interpretari conati ſunt.*

II *Quodnam poſuerit Calvinus doctrinæ ſuæ fundamentum.*

III. *Hæretici quod volunt in Scripturis venantur.*

IV. *Primitiva Eccleſia in ipſo ſtatim ortu exſtincta ac perdita fuiſſet , ſi Calvini regulam voluiſſet ſequi.*

V. *Sola S. Scripturæ littera non facit Chriſtianum.*

VI. *Antiquitatis reſpectus firmiſſimum ſemper fuit Eccleſiæ munimentum.*

VII. *Quomodo humanæ traditiones ab Eccleſiæ traditionibus diſtinguendæ ſint.*

CAPUT III.

I. *LVtherus quaſdam Eccleſiæ ceremonias retinuit, Calvinus omnes penitus abolevit.*

II. *Calvini de ceremoniis judicium.*

III. *Chriſtiani cum Paganis multa habuere communia.*

IV. *Ceremoniæ divinum cultum auguſtiorem reddunt.*

V. *Diabolus ceremonias ex Eccleſia profligavit.*

VI. *Paganorum religio velut ſimia fuit Chriſtianæ.*

CAPUT IV.

I. *CVr novi reformati res quæ apud Catholicos in magna habentur veneratione, inprimis Cruces, oderint ac deteſtentur.*

II. *Cur altaria iidem ſuſtulerint.*

III. *Nomini Ieſu nullum habent honorem.*

IV. *Cur dies feſtos aboleverint: & quo habitu utantur.*

V. *Cur jejunia ab Eccleſia indicta obſervare nolint.*

VI. Iidem